



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

S. Otho Andecensis Episcopvs Bambergensis, Apostolvs Pommeraniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

S. OTHO EPISCOPVS BABENBERG. POMER. APOSTOLVS.




Maxima Pontificis virtus spectetur OTHONIS,
Cuius ad imperium Dñg. Deaq. cadunt.
Mutus Apollo tacet, timet Herculis ira tiaram,
Natu sternuntur Iuno, Minerva, Venus.

Mars fremit extoriam sibi cum legionibus hastam;
Iupiter ipse iacens fulmina fracta gemit.
Ad pia signa CRVCIS pia gens POMERANIA currit:
Rursus aberrantem noīne reducis OTHO!

111

2. OTHO EPISCOPVS BARENBERG TOMER APOSTOLVS



112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

2. OTHO

S. OTHO ANDECENSIS

EPISCOPVS BAMBERGENSIS,

APOSTOLVS POMMERIANÆ.



Obilissima & religiosissima Andecensium comitum stirps, Ecclesiam sanctâ fecunditate ditauit, cælum Diuis auxit, pietatis exēpla terris immortalia reliquit, cujus illustre sidus fuit Otho Bertoldo II. creatus Mechtildis germanus, qui sanctitatis famâ orbem impleuit. literis à puero eruditus, easdem mox in Poloniâ profectus iuuentuti tradidit. Dein legatione Ducis Poloniæ Polislai perfunctus, (a) Henrico Imperatori ab Epistolis & facellis fuit, quo agente tandem Babenbergensis Ecclesiæ curam & Episcopatum, cum duos jam (b) recusasset, accepit, magnasque res cum virtutis studio, tum populum pro concione docendo effecit, variâque Cœnobîa & templa partim condenda, partim instauranda curauit. Polislai cum Pommeranos bello subegisset, eosdem cupiebat Christianâ disciplinâ ad cœlestem cultû informari. (c) Othonem ad hoc diuinum diuinæ legis promulgandæ munus inuitat, qui acceptâ ab Honorio Pontifice R. potestate, faustâque comprecatione eam gentem, quamuis horridam ac barbaram multis passim & ingentibus editis miraculis, magnisque laboribus & periculis defunctus cœlesti fonte tinxit, & ad omnem vitæ humanitatem ac honestatem traduxit. Postremò vitæ tumultuosæ pertæsus, cum ad religionis statum veluti quietis diuinæ portum aspiraret, frustra sacrum abdicare magistratum conatus, eundem administrare, quoad vita superesset, iussus est. In Moguntino Concilio patribus adsedit. Vitâ tandem & æuo laboribusque exhaustus religiosissimè diem obiit extremum, cui funebrem dixit laudationem Imbrico pontifex Herbipolensis, quæ & hodie legitur. Vixit annos LXX. migravit MC LXXXIX. III. Non. Iulij, (d) consecratus à Clemente III. MCLXXXIX. Colitur Babenbergæ in Cœnobio Montis. Plura cognosces apud Iacobum Gretserum, qui singulari Volumine DIVOS BAMBERGENSES ante biennium edidit, vt proinde non operæ sit, actum agere, cum liber in promtu sit.

CISXXXXX
Auctor A-
nonymus
& Synchro-
nus. Anna-
dreas Ab-
bas S. Mi-
chaelis ad
Babenber-
gam. Mar-
tyrologia.
Chronicon
Andecen-
se. Hirsau-
gense. Ba-
bergsche.
Crancius
Sax. lib. 6.
c. 5. Metrop.
Vandal.
Pommerā.
hist. Savi-
no. IV.
2. Iulij.
Baron. An-
nal. XII.
Gretserus
in SS. Bam-
bergensib.
Ebbō. Sa-
fridus.
Thimēn.
Heribert.

(a) Schismatico, sed confirmato à Paschali II. P. M. (b) hinc dictum est HYMILIS. (c) Auctor Othoni æqua-
nus, tres libros de rebus Othonis Episcopi scripsit. Lege tom. II. Antiq. lect. ex quo hac potissimum deprompsi-
mus. (d) Creatus Episcopus. M. C. Baronius Annal. 12. ex Canisij, Antiq. lect.